

129  
183

NUPTIIS SECUNDIS,  
VIRI  
PERREVERENDI, CLARISSIMI atq; DOCTISSIMI  
DOMINI  
CHRISTOPHORI  
RAZKI,  
ECCLESIASTÆ POLONICI IN TEMPOLO  
GEORGIANO BENE MERENTIS,  
ET  
VIRGINIS  
MORUM PIETATE & ELEGANTIA  
FLORENTISSIMÆ  
MARIAE  
VIRI  
VITÆ MUNERISQUE SANCTITATE & DOCTRINA  
CONSPICUI DOMINI  
MARTINI OLOFII,  
ECCLESIASTÆ ad ædem B. MAR. VIRGIN.  
Polonici dexterimi gravissimique  
FILIÆ dilectissimæ,  
D. XIV. Maij, Anno CCCCXXIX.  
celebrandis,  
*bona verba & vota acclamabant*  
RECTOR & PROFESS. Gymnas. Thor.

---

THORUNII

**I**gnem nuper effugisti incolumis,  
Perreverende Sponse,  
igne iam corruptus,  
ut incolumis viveres.  
Infelix felicitas!

Numerosae parens sobolis  
totque haeredum pater,  
solus tuorum haeres superfuisti.

Tua in vita coniux foecunda  
nec in morte sibi dissimilis erat.

Frequens enim, quam viva pepererat,  
proles, mortuam,  
paucorum dierum spatio,  
secuta est,

pestis furore & igne enecta.

Quot doloris faces!

Quam gravis cruciatuum ignis  
praecordia tum tua macerabat?

Moeror tuus merebatur miserationem.

At

E sex te eripuit Numen tribulationibus  
& in septima tangere te malum  
non debebat.

Clades enim in prole extrema & Septima,  
extrema quoque erat.

Nunc lucroso periculo defunctus,  
dulci amoris igne  
fervorem doloris restinguere potes.

Inversi ignes invertant fata,  
& mitior coeli aura conceptam  
alatflammam.

Tuam sic leniente iacturam Sponsa,  
tanto Tibi semper carior  
haec sit fortuna,  
quanto carior.

Conspirent in vestrum amorem  
omnes felicitates,  
Splendeantque olim,  
restituto feliciter damno,  
accensae a vobis faces.

*Calamo festinanti, animo tamen prolixo  
adscribebat haec*

M. P. JAENICHIUS, Gymn. Thor. Rea.

**T**E, RAZKI, resono, purus dum tempa Sacerdos  
Ingrederis, cupioque tuas depingere tædas.  
Sit modo non impar tanto sub pondere, quæ me  
Musa vocat, nec eam perversa redarguat ætas.  
In votis postquam fuerat, Te ducere velle  
Uxorem sacram, castam, virtutibus amplam,  
Formosam, charam, sacrata stirpeque natam,  
Quam torus Olofii nostri foecundus adauxit,  
Et Natam instituit dia pietate decoram.  
Protinus ex animo sincero gaudia traxi  
Dicens: sat bona, sat pia, sat venerabilis illa,  
Sat dotata venit Tibi, percharissime Sponse;  
Non est, ut vultus confusos peccatore formes,  
Vel nimias fundas lacrumas super ora cadentes,  
Ipse DEUS bonitate sua Te protegit ample,  
Protexitque prius, cum pestis presserat urbem  
Sæva, tuæ dulcis deflesti busta Maritæ,  
Et charæ prolis luxisti funera septem:  
Ex his Christophorum dolui doleoque peremptum,  
Qui spem non dubiam poterat superare Parentis,  
Ac illi pono veri monumenta doloris,  
Quæ potuit veræ divæque Poësis amator  
Figere non obscura sibi:  
Pestis me rapuit, (\*) fueram qui peste maligna  
Infectus, mihi quam bucca paravit Adæ.  
Sed pestem hanc sancto toleravit corpore Christus,  
Ne mihi noxa foret, ne mihi damna daret.  
Hinc mihi nil pestis nocuit, neque perdere tandem  
Me subitæ potuit mortis amara lues.  
In Christo vixi, moriens tua vulnera, Christe,  
Respicio: pesti sint medicina meæ.  
Hac animam, bone Christe, Tibi tua munera trado  
Et corpus terræ, portio cuius eram.  
In cælis Mater, Frater, cum quinque Sororum  
Nominibus mecum cantica læta canunt.  
**T**e, DILECTE PARENTS, servet custodia Christi,  
Ac olim summa prosperitate beet!  
Vota pii Nati divina exaudiit aure  
Sancta TRIAS, multo Te jam complexa favore  
Restituit quandam quæ forte amissa putabas.  
Ipse DEUS Tibi dat claram pietate Maritam,  
Atque dabit Natos, Natas, ferosque Nepotes.  
Tu modo constanti Christo devotus inhæc

Pecctores

Pectore, qui s̄evit mutare in gaudia luctum.  
Sis animo lāto: procul hinc, procul ayolet horror  
Pestis sedatæ: Regnum pax optima cingat,  
Enses in falces mutet vertarque secundas,  
Ne nos atra fames transfigat cuspidē lenta.

(\*) d. 18. Octobr. An. 1708. boni ominis ergo scrib.  
M. MARTINUS Bōhm/ Passenheimensis.

Dum memini verborum, Vir Reverende, Tuorum,  
Quæ lacrumans nobis peste furente dabas.  
Dicere vix possum, fuerit quām mœsta querela  
Tam Tua quam Nati: Vox Tua crebra fuit:  
Me miserum graviter tetigit manus Omnipotentis!  
Ignoro quid agam, nescio quò fugiam!  
Dum virus pestis metuens infecta recuso  
Tecta subire, lues s̄avit in æde mea:  
Conjuge cum lecta rapuit mors pignora cuncta,  
Cras & ego forsan viætima mortis ero.  
Ah miserere Tui, si vis, Pater alme, Ministri,  
Et soli stirpi parce, benigne Deus!  
Tristitia ista fere moribundus signa dedisti:  
Pluraque non refert commemorare modo.  
Quod posito luctu, jam carmina lāta reposcis,  
Tollere quæ luctum, non renovare queunt.  
Nam latus properas transire ad Vota secunda,  
Damna tuæ valeas ut reparare domus.  
Jungeris idcirco rursus cum Virgine tali,  
Præ reliquis placuit quæ pietate Tibi.  
Omine non vano Pastoris filia nubit  
Pastori, quo nil aptius esse potest  
Illa etenim curas affvera levare parentis  
Efficiet, curis ut relevere tuis.  
Sorte Tuaque suaque satis contenta creabit  
Moribus invisib⁹ tædia nulla Tibi.  
Sic tandem quoque, cum res rite domestica stabit,  
Naufragii tabulas colliget illa tui.  
Idque ratum quò sit, faciat Moderator Olympi,  
Sicque procul dubio, Sponse beatus eris.

Hæc & alia  
quæ vitam faciunt beatiorem, hactenus afflictissimo,  
jam vero ad Vota secunda transeunti  
Domino Sponso apparet voluit  
M. MARTINUS BERTLEFFIUS, P.P.

•S(O)S•

113684